

1522. ni fallor.

373

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Cardinalibus,

Reverendissime in Christo Paterni &c.

Mors inopina istius Reverendi olim
Domini Episcopi Plocensis Oratoris No:
stri magnam nobis perplexitatem multa:
rum rerum nostrarum attulit, ut pro:
sertim in hijs, quae per illum a Divae
memoriae Leonis Pontifice erat impetra:
ta, quae uti imperfecta moderni Sanctis:
simi Domini nostri confirmatione indi:
gebant interque expedita quidem fuit
in toto gratia Jubilei Annalis ad re:
gnum et magnum Ducatum Lithuania:
nis et alia Dominia nostra pro resi:
ciendis arcibus ab infidelibus aperere
sanè cum pio tum necessario, sed quia
post mortem usquam dicti summi Pon:
tificis Leonis literae nobis missae fue:
runt, et suam vim exequi concessore
nulla in parte coperunt, neque publi:
cata fuerint. Visum est sacris et
et Doctoribus nostris, tantum non esse
illis innoti, si denovo per nostrum Pontifi:
cem confirmarentur. In eaque ambigui:
tate. Placuit tum potius a publicandis
illius abstinere. Rogamus itaque Re:
verendissimam Dominationem agere ve:
lit apud ejus Sanctitatem, quo et aliae
concessionis nobis per Defunctum Pontifi:
cem

95
ceus

1022
cem facta et eadem ipsa gratia Jubilei
confirmetur, seu extendatur, quoadquid
Deum ex res cessura sit in commodum et
Luitionem Dei Christianae. Caterum im-
petrauerat pro se defunctus Orator Noster
jussu et voluntate Vestra Officium Collecto-
rium Denarii Sancti Petri, quod anti-
quitas Episcopi Posnaniensis semper
gerebat. Rogamus Vestram Reveren-
dissimam Dominationem efficere curet
apud Sanctissimum Dominum Nostrum, quo
idem officium conferatur Reverendo Do-
mino Petro Episcopo Posnaniensi, et
Regni Nostri Vicecancellario, qui sua
fide et auctoritate, qua pollet in
regno Nostro, poterit illud accuratius
et cum majore dignitate Sedis Aposto-
lice obire. In quo nobis sua Sancti-
tas plurimum gratificabitur, et Nos
hanc operam Vestre Reverendissi-
mae Dominationis curabimus omni
studio et gratificatione referre.
Quam felicissime valere Desidera-
mus. Datum Sct. & Vilno. ?